

114
 249
 Clariss. Dom. Vestram quotiescumque in me & humanitatem &
 benevolentiam animo meo reputo, non possum non meam ipsius
 mirari felicitatem. Etiam cum plurimi ea tantum iudicent esse
 promovenda, quae felicitas commendaverit: tu contra, mihi terrae filio,
 liberius meliori favorem & operam tuam non denegasti. Vestra
 siquidem commendatione res meae eo deductae sunt, ut nomine
 Principis concionem habuerim coram incolis utriusque Svaluae,
 unde ea fuit animorum erga me propensio, ut me vocassent, nisi
 Princeps ius electionis, in qua vocatio ministerii potissimum consistit,
 sibi reservasset. Quia autem Princeps plures audiri iusserat, eosque
 auditos nominari, quorum unum ex iis secundum ius à Deo sibi delega-
 tum eligeret: statuerunt iidem incolae etiam alios audire. Numerus
 nominatorum procul dubio ad D. la Sazie deferretur, ut Principi per
 eum offeratur. Quapropter Clariss. Dominum obnixè rogatum
 velim, ut meo data occasione minimè dignetur; Idque eo magis
 submissè peto, quia forte pastores aliquot, qui tacite iure istius
 electionis Patronos privare solent, nullum non movebunt lapidem,
 ut Principem ab eo, quod intendit, dimoveant; aut si hoc iis ex voto
 non cessarit, studebunt quantum in illis meam impedire promotionem
 eo quod non nisi legitimam affectarim; nec Classes (quod illi vellent)
 sed sola Principis auctoritate vocari desiderarim. Et sane id si
 effectum darent, nempe ut meam impedirent hac vice promotionem
 non esset quod in ea Classe vel ei adjacentibus promotionem post haec
 sperarem, sunt enim longae istius odij manus, & diuturna aetas.
 Pastorum, qui Patroni ius eligendi in ministros denegant, institutum est
 id officio ut omnes ij, qui auctoritate Patroni promovendi desiderant,
 suo frustrantur fine: ut scilicet hac ratione proponunt et absterrantur
 ab impetranda benevolentia Patroni. Quod si voti sui fiant compotes,
 iam Patroni, etiam Principi praescinditur occasio exercendi ius
 electionis, & in solo approbandi iure Patroni acquiescendum erit.
 Id Pastores nonnulli moluntur: In potestate Clariss. Domini situm est,
 eos prevenire, et auctoritas Princeps in eligendis ministris sacra
 auctoritate servetur. Mirum quae turbas pastor quidam excitavit in
 domibus utriusque Svaluae, postquam animadvertisset me eo in loco
 sine venia Classes, concionem nomine Principis habiturum.
 Universum negotium Clariss. Domini ex D. Beaumont, cui id à
 magistratu Svaluano relatatum, intelligere poterit. Ceterum ego
 me ipsum benivolentius curo, quia pro imata tibi in omni praesentium
 Musarum cultores benignitate, afficere, commendo; Spemque
 meam in te solo repono, quem si mihi propitium habueris, nullus
 dubito, quin intercessio ipsa pro me futura sit mihi instar praesentium
 armorum. Vale. ep. sc. xxxii. Prædic. Cal. Junias
 Petrus Petrus Johannes Sybrius

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely Dutch or Latin, covering the majority of the page.]

